



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia**

Ab anno MCXVIII. ad annum MCLXXIX.

**Parisiis, 1644**

V. Si sententia feratur iniqua, debet euacuari.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-15588**

ANNO CHRISTI 1179.  
 licere, nisi auctoritas episcoporum & consensus accesserit, in alios sententiam promulgare.

CAP. V. *Idem Eboracensi archiepiscopo.*

Cum aliqua causa, appellatione remota, committitur, & sententia fertur iniqua, eam euacuari oportet, nec debet ei stare, si manifestam contineat iniquitatem.

DE LEPROSIS.

PARS XXXVII.

CAP. I. *Idem.*

Ex transmissa conuestione R. clerici nobis innotuit, quod cum ecclesia de N. a monachis, ad quos ius illius ecclesie spectare dinoscitur, ei concessa fuisset, tum temporis cum Vu. clericus, qui fuisse lepra tactus perhibetur, eam possideret, timens ne similiter eadem concessione, aliqua fieret innouatio, ad sedem apostolicam appellauit, & ad nos nuntium suum destinauit. Quoniam igitur vniuersis Dei fidelibus, & his maxime qui clericali dediti sunt officio, in suis iustitiis adesse tenemur, discretioni vestra, &c. quatenus si vobis ita constiterit, praescriptam ecclesiam praefato R. taliter concessam, & post appellationem ad nos factam super eadem ecclesia, in ea inueneritis alium institutum, eo inde amoto, eam ipsam, omni contradictione & appellatione cessante, iam dicto R. faciatis, dilatione postposita, assignari, non obstante quod eadem concessio facta fuerit tempore praedicti Vu. si ipsum praenominato morbo manifestum fuerit laborasse. Testes vero, quos idem R. vobis nominabit, moneatis attentius, & inducere laboretis, vt amore iustitiae, testimonium perhibeant veritati.

CAP. II. *Idem.*

Peruenit ad nos, quod cum hi, qui leprae morbum incurrun- <sup>3. q. 1. Vna-  
quaque.</sup> t, de consuetudine generali a communione omnium separentur, & extra ciuitates & villas ad loca solitaria transferantur, nec vxores viros, nec viri vxores suastaliter aegrotantes sequantur, sed sine ipsis manere praesumant. Quoniam igitur, cum vir & vxor vna caro sint, nec debeat alter sine altero diutius esse: fraternitati tuae, &c.

Qqqq iij